



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Duces Venetum monachi, sed habitu tantum no[n] autem professione.  
cap. XXXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

fum Ducis, in Aula Magni Consilii depictus, hoc elegiū præ se fert.  
Sub me S. Marti ecclesia conditur; ibique corpus deponitur: Primi  
cerius ordinatur. S. Iuliani ecclesia erigitur: tandem Clericus diē  
dies. Andreas Dandulus, in his, Veneta, lib. 8. c. 3. Petrus Marcellus in  
vī: Ducum Venetorum. Erater Joannes de Pineda Franciscanus in mo-  
nachia ecclesiastica, lib. 2. 5. c. 3. §. 3. & alij rerum Venetarum scribeores.

Otho Vrseolus, Dux.

Otho vrseolus, Petri Dūcis filius, ab expeditione Dalmatica re-  
tus, Dominici Flabanici coniuratione, princeps optimus, exce-  
pus, abrasa barba monachium prostreri cogitatur, anno Christi 1024.  
Ducatus sui 15. Honorari tamē meruit, pro meritis, in Aula Magni  
Consilii hoc distictico:

Marte gradum redimens, quem uī Patriarcha tenebat,

Vibis Aquileiae, demum de sede depellor.

Petrus Barbolanus, seu Centranicus, Dux.

Petrus Barbolanus, seu Centranicus, Vrsi Patriarchæ Graden  
is consilio captus a populo, anno Christi 1034, administrationis sue  
10. eandem, cum Othono, uitæ normam amplecti iubetur. Et in pala-  
cio Ducali depictus sic loquitur:

Præcessore meo priuato scepta guberno,  
Dandulus lib. 9. c. 3. parte 1. & 3. Marcellus, ibidem ut supra. Monar-  
chia ecclesiastica, lib. 2. 5. c. 3. Blondus, lib. 5. decadis 2: & alij.

Duces Venetum Monachi, sed habitu tantum, non au-  
tem professione. Cap. XXXIII.

Tribunus Memus, Dux.

**R**IBVNVS Memus, taciturnitatis maximæ, ac so-  
lertiæ singularis Princeps qui Ecclesiam S. Geor-  
gij majoris, olim ex opposito Ducalis Palatii a Ba-  
doariis constructam, deuoto uiro Ioanni Mauro  
ceno nobili Veneto ac monacho Sancti Benedi-  
cti, ex Aquitania reuertenti, (Petrum enim Vr-  
seolum sequutus fuerat) cum ei cohærentibus aquis & paludibus,  
per solenne priuilegium Ducale, manu sua, & multorum nobilium,  
ac popularium humaniter subscriptum concessisset, anno Domini  
1031, die 20. mensis Decembris, in Riuo alto, ac ibidem cœnobium  
quod

quod Divi Benedicti regulam sequeretur, condidisset; multaque alia in utilitatem Reipub: perfecisset; anno tandem Principatus in 13. in cœnobio S: Zachariae monastico habitu suscepito, ad cœnac præsumptum S: Georgij iam monachus, delatus est, ubi sexto postea anno Domini 991. spiritum Deo reddidit, & ad cœnobium S: Zachariae relatus, ibidem sepultus est. Et in palatio Duxis hoc reuertit epitalamium:

*Regis ab infidijs defendens Imperialis  
Orthonis, patriam, pondera multa tuli.  
Dandulus, lib. 8. c. 17. parte 1. & 16. Marcellus ibidem. Monarchia u.  
cles. lib. 25. c. 4. s. 5. & alij.*

Sebastianus Zianus, Dux.

SEBASTIANVS Zianus, Dux XXXIX. postquam Rempublicam Venetam annis sex, summa cum laude gubernasset, inter Papas Alexandrum III. & Federicum Barbaroslam Imperatorem, Pontificis iussa detrectantem pacem composuisset, & Reipublica sua multa Pontificia priuilegia, ut pote Maris desponsationem, & reliqua Ducalia ornamenta, & alias immunitates Imperiales, sibi, & successoribus suis imperasset: tandem fastus huius seculi relinquens, iam senio & infirmitate granis, ad monasterium S: Georgii Maris, quod est in insula ex opposito Ducalis Palatii, ut quietius Desiuueret se recepit, & habitu religionis induitus, anno Domini 1171. die undecimo mensis Aprilis, in eodem die sequentem mortem obiit, ibidemque sepultus est in ecclesia ueteri, cum hoc epitaphio.

*Hic Dux egregius, sapiens, diues, cinerescit,  
Vinit cum Christo, mundo sua fama nitescit,  
Sebastianus vocatus in Orbe Zianus,  
Cum Papa princeps, cleris, plebs, hunc recolebat,  
Iustus, purus, castus, mitis, cuique placebat,  
Consilio pollens, bona plantans, & mala tollens,  
Robur amicorum, patriæ lux, spes in iherorum,  
Et flos cunctorum, Dux electus Venetorum.  
Binos coniunxit gladios, & more resulfit,  
Eloquium, sensus, bonitas, clementia, census,  
Illi parebant, nulla virtute carebat.  
Obiit anno Domini. M. C. LXXVIII. Mens. April.  
Andreas Dandulus Dux in hist. Venet. lib. 8. c. 11. parte 2. i.  
In Palatio Ducali, depictus etiam cernitur cum hoc disticho:  
Dux.*

Ducatum titulis dotau ingentibus , atque  
Papa, liber minis fit Federice tuis.

Petrus Zianus , Dux.

PETRVS ZIANUS , Sebastiani Ducis filius , Arbae Comes , de Republica benemeritus , regiminis sui anno 22. Ienio iam confectus , de uxoris sua Constantiae , Tancredi Siciliae Regis filie , uoluntate , sponte se magistratu abdicauit die 26. Februarii anni 1229. & in cenobio Domini Georgii maioris habitu religionis sumpto , 15. post die id est , Martii 14. obiit , ibidemque sepultus est cum patre suo Sebastiano , epitaphio carens , sed in Ducali Palatio sequens meritum :

Bellipotens tota mibi subditur insula Crete.

Marcellus ubi supra . Menarchia eccles. lib. 25. c. S. §. 4.

Ducissae Venetum , filij , & filie Ducum , sanctimoniales , & Monachi . Cap. XXXV.

Ioanna , Petri Candiani Vxor , Ducisa .

**I**OANNA , Petri Candiani Ducis Venetiarum XXII. vxor , ab ipso repudiata , an. Dom. 959. Ducatus sui primo , in monasterio S. Zachariae monacham induit . Franciscus Sansouinus in descriptione ciuitatis Venetiarum , lib. 13.

Mauritius , Tribuni Memi filius .

MAVRICIVS , Tribuni Memi Ducis Venet. XXV. filius , monachus in monasterio Sancti Angeli ( quod ab aliis S. Trinitatis dicitur ) de Brondolo , parte uiuente factus , ibidem diem clausit . Vixit anno Domini 980. Sansouinus ibidem , lib. 13.

Romana , Ioannis Participatij filia .

ROMANA , Ioannis Participatii Ducis filia post patris sui monachatum , prima Abbatissa præficitur monasterio S. Laurentii martyris , anno salutis 841. Præposita est eidem a fratre suo Vrso Episcopo Oliuolense , qui illud suis expensis construxerat . Sansouinus ibidem , lib. 1.

Joanna , Vrsi Participatij filia .

IOANNA , Vrsi Participatii Ducis filia , sanctimonialis S. Zachariae , eiusdemque monasterii Abbatissa , anno Domini circiter 860. Sansouinus ibidem , lib. 13.

Feli-